Considera uero, ne, quod nihilo indigere, quod potentissimum, quod honore dignissimum esse concessum est, egere claritudine, quam sibi praestare non possit, atque ob id aliqua ex parte uideatur abiectius. Non possumus, inquam, quin hoc, uti est, ita etiam celeberrimum esse confitear. Consequens igitur est, ut claritudinem superioribus tribus nihil differre fateamur. Consequitur, inquam. Quod igitur nullius egeat alieni, quod suis cuncta uiribus possit, quod sit clarum atque reuerendum, nonne hoc etiam constat esse laetissimum? Sed unde huic, inquam, tali maeror ullus obrepat, ne cogitare quidem possum, quare plenum esse laetitiae, siquidem superiora manebunt, necesse est confiteri. Atqui illud quoque per eadem necessarium est, sufficientiae, potentiae, claritudinis, reuerentiae, iucunditatis, nomina quidem esse diuersa, nullo uero modo discrepare substantiam. Necesse est, inquam. Hoc igitur, quod est unum simplexque natura, prauitas humana dispertit, et, dum rei, quae partibus

Únde dés téil sûochendo. dáz úngetéilet íst. ingât ín sélbez táz tíng. táz sie sóltôn sûochen. únde áber ne sûochent. Ze uuélero uuîs chád íh. Tér rihtûomes kérôt. zâdel flíhendo (sic). dér ne fórderôt keuuáltes nieht. ímo íst líebera smáhe únde únmâre ze sînne. Únde nímet ímo sélbemo mánigíu sîníu gemáh. íóh natûrlichíu. sô der sláf íst. táz er sînen guúnnenen scáz pehábe. Áber sô tûontemo. ingât imo. íóh tiu gnúht. sîd ímo ingât íóh tiu máht. únde in stúnget úngemáh. únde ín smáh feruuórfenen tûot. únde únmâri fertóchenen dûot. [Uuánda éin uuíle háben. âne diu ánderíu. díu ímo sínt adiuncta. pedíu ingát ímo íóh táz.] *Item.* Tér den geuuált éinen mínnôt. tér fertrîbet sîn gûot. nóh ne rûochet uuúnnôn. nóh êrôn âne geuuált. nóh tero
144. gûollichi. | Târ síhest tu óuh. uués témo brístet. Ímo geskíhet tíccho. dáz er sînero nôttúrfto írroe. únde ín ángeste gértên. Únde geskíhet ímo sô er síh tés feruuéren ne mág. táz ímo óuh tér geuuált tés er éines kérota. dâr míte ingât. *Item.* Sámolîh mág ih ságen. fône êron. gûollichi. uuúnnôn. Sîd siu éin sínt. tér íro éines âne diu ánderíu gérôt. témo ne uuírt nóh táz. *Item.* Uuîo áber chád ih.

---

caret, partem conatur adipisci, nec portionem, quae nulla est, nec ipsam, quam minime affectat, assequitur. Quonam, inquam, modo? Qui diuitias, inquit, petit penuriae fuga, de potentia nihil laborat; uilis obscurusque esse mauult, multas etiam sibi naturales quoque subtrahit uoluptates, ne pecuniam, quam parauit, amittat. Sed hoc modo ne sufficientia quidem contingit ei, quem ualentia deserit, quem molestia pungit, quem uilitas abiicit, quem recondit obscuritas. Qui uero solum posse desiderat, profligat opes, despicit uoluptates, honoremque potentia carentem, gloriam quoque nihili pendit. Sed huic quoque quam multa deficiant uides. Fit enim ut aliquando necessariis egeat, ut anxietatibus mordeatur, cumque haec depellere nequeat, etiam id quod maxime petebat, potens esse desistat. Similiter ratiocinari de honoribus, gloria, uoluptatibus licet. Nam cum unumquodque horum idem quod cetera sit, quisquis horum aliquid sine ceteris petit, ne illud quidem, quod desiderat, apprehendit. Quid igitur? inquam.

tér siu álliu finuiu sâment kuúnnen uuíle? Táz íst tér chád sî. der día ánauuálgi. dero sâlighéite guúnnen uuíle. Uuânest tu áber dáz ér sie fínde an dîen. díu íh tir geóuget hábo dáz ne gemûgen. dáz siu gehéizent? Néin chád ih. Fóne díu chád si neíst tiu sâlighéit án dîen fínuen nîeht ze sûochenne. déro íogelîh éteuuáz kében mág. tés man gérôt. náls ál. Táz íst sô chád ih. Únde nîeht ne íst uuârera. álles tés man chéden mág. Nû chád si hábest | tu 145. lúkkero sâldôn bílde. únde dâr míte. zíu siu lúkke sîn. [Síu ne uuârîn lúkke. úbe man díu ne ílti skéiden. díu úngeskéiden sínt.]

FALSAM FELICITATEM IAM AUERSANTEM. AD UERAM INTENDERE MONET.

Nû síh táz tára gâgene déro uuíderuuártig sî. Târ sihest tu sâr día uuârun. día ih tír gehîez ze zéigónne. Tríuuo chád ih. ióh ter blíndo mág sia séhen. Únde dâr fóre hábest tû sia geóuget. târ du óugtôst. uuánnân díu lúkka irrínnet. Míh ne trîege der uuân. díu íst tiu uuâra sálda. díu den mán dûot rîchen. máhtîgen. êruuírdîgen. geuuáhtlichen. fróuuen. Únde dáz tu uuízîst. mih is ínnene uuésen. so uuáz táz íst. táz éin déro fínuo uuárháfto ge-

---

Si quis cuncta simul cupiat adipisci, summam quidem ille beatitudinis uelit: sed num in his eam reperiet, quae demonstrauimus, id, quod pollicentur, non posse conferre? Minime, inquam. In his igitur, quae singula quaeque expetendorum praestare creduntur, beatitudo nullo modo inuestiganda est. Fateor, inquam, et hoc nihil dici uerius potest. Habes igitur, inquit, et formam falsae felicitatis et causas: deflecte nunc in aduersum mentis intuitum; ibi enim ueram, quam promisimus, statim uidebis. Atqui haec, inquam, uel caeco perspicua est, eamque tu paullo ante monstrasti, dum falsas causas aperire conabaris. Nam, ni fallor, ea uera est et perfecta felicitas, quae sufficientem, potentem, reuerendum, celebrem, laetumque perficiat. Atque ut me interius animaduertisse cognoscas, quae unum horum, quoniam idem cuncta sunt, ueraciter

gében mág: síd siu ál éin sínt. táz pechénno íh uuésen fólla sâlighéit. Kesáh tíh kót trût mîn dísses uuânes. chád si. úbe dû dáz tára zûo fólle légest. Uuélez chád íh? [Íh príngo díh tára zûo chád si.] Uuânest tu in dísên múrgfârên uuérltsáchôn îeht uuésen. dáz mánne gében múge dísa státa? [Táz uuólta íh tû dar míte chádîst.] Néin ne uuâno chád íh. tû hábest míh tés érrihtet. sô is mêr dúrft
146. ne íst. | Síu múgen chád sí mánne gében. dáz kûote gelîh íst. álde dáz únfólleglîh kûot íst. Áber uuâre gûot únde fólleglîh ne múgen síu gében. Íh iího dés chád íh. Uuánda dû nû erchénnest chád si dia uuârûn sâlighéit únde díu síh sîa ánazócchônt. sô hábest tu nû ze bechénnenne. uuâr dû sîa hólôn súlîst. únde uuén du íro bíten súlîst. Tés chád ih lángêt míh íu fórn. Sîd áber platoni dúnchet in sînemo bûoche timeo. dáz man ióh in lúzzelên díngen súle gótes hélfo fléhôn. uuáz íst úns ze tûonne dánne. uuânest tu. dáz uuír erfáren mûozîn dîa hóuestát tes fórderôsten gûotes? Íh áhtôn dén chád íh ána ze hárenne. âna dén man nîehtes pedîen, (sic) ne mág uuóla. Réhto uuíle du chád si. únde dés mézes sáng si sús.

---

praestare potest, hanc esse plenam beatitudinem sine ambiguitate cognosco. O te alumne hac opinione felicem, siquidem hoc, inquit, adieceris. Quid nam? inquam. Essene aliquid in his mortalibus caducisque rebus putas, quod huiusmodi statum possit afferre? Minime, inquam, puto, idque a te, nihil ut amplius desideretur, ostensum est. Haec igitur uel imagines ueri boni, uel imperfecta quaedam dare bona mortalibus uidentur; uerum autem atque perfectum bonum conferre non possunt. Assentior, inquam. Quoniam igitur agnouisti, quae uera illa sit, quae autem beatitudinem mentiantur, nunc superest, ut, unde ueram hanc petere possis, agnoscas. Id quidem, inquam, iam dudum uehementer exspecto. Sed cum, uti in timaeo platoni, inquit, nostro placet, in minimis quoque rebus diuinum praesidium debeat implorari, quid nunc faciendum censes, ut illius summi boni sedem reperire mereamur? Inuocandum, inquam, rerum omnium patrem, quo praetermisso nullum rite fundatur exordium. Recte, inquit, ac simul ita modulata est.

ORATIO PHILOSOPHIAE AD DEUM. UT SUMMUM BONUM IPSE DEMONSTRET.

Tû sképfo hímeles únde érdo. Tû dísa uuérlt órdenôst.
únde scáffôst. únde ríhtest. mít tînemo êuuîgen uuístûome.
Tû die zîte hîeze íro férte be|gínnen. sáment tero uuérlte. 147.
[uuánda êr ne uuârén zîte. núbe êuuigheíte.] Únde sélbo
stâtêr. állíu díng uuérbest. únde uuébselôst. [Uuánda der
hímel uuárbelôt. únde álliu díng uuándônt.] Tíh nehéiniu
ánderíu díng ne scúntôn. daz scáffelôsa zímber ze máchônne.
[ûzer démo dísíu uuérlt uuárd. Sî méinet tîa sámenthásti-
gûn mássa. dîa er ze êrest téta an déro nîeht keskéidenes
ne uuás.] Âne dîn sélbes ínniglicha gûoti. nîeht nîdes há-
bentíu. Tû in dînemo mûote íu trágende dísa scônûn
uuérlt scônero sélbo. Scûofe dû iz ál nâh téro uuîsûn.
únde nâh témo êuuigen bílde dînes mûotes. Únde démo
gelîh tâte dû iz. sô dir in mûote uuás. [Tír ne bíldôta
nîoman fóre.] Vnde hîeze dû uuóla getâníu stúcche máchôn
uuóla getân uuérh. [Uuánda álso uuállîche líde máchônt
uuállichen mán. sô geskáh óuh táz. táz állero téilelîh tero
uuérlte dúrhscáffenêr. sîa máchôta dúrhskáffena. Prâste íro
téilen. sô brâste íro sélbûn.] Fîer elementa bíndest tu sô
zesámine. Táz héiz únde chált. [sô fíur únde uuázer íst.]
únde dúrre únde náz [sô érda únde lúft íst]. nîeht ne
strîtên. Sô fásto. dáz fóre lîehti hína ûf ne flîege daz lîeh-
tera fíur. [in démo ne|héin trûobi ne íst. uuánda iz ze 148.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum caelique sator, qui tempus ab aeuo
Ire iubes stabilisque manens das cuncta moueri,
Quem non externae pepulerunt fingere causae
Materiae fluitantis opus; uerum insita summi
Forma boni, liuore carens, tu cuncta superno
Ducis ab exemplo; pulcrum pulcerrimus ipse
Mundum mente gerens, simili que imaginu formans,
Perfectasque iubens perfectum absoluere partes.
Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis,
Arida conueniant liquidis; ne purior ignis

óberôst ist.] Nóh tiu suâri tia érda nider ne sénche. Tû gehéftest tia sêla zu dien íro gemínnên lîden. únde zetéilest *) sia áfter dîen. [ih méino dia súnnûn gânda an míttemo hímele. únde in míttemen gânda dero septem planetarum, Tîa philosophi hîezen animam mundi. uuánda ál dáz tir grûet. únde uuáhset, táz túrhkât si. álso diu sêla die lîde tûot.] Tíu drískero naturę ist. [uuánda si skînet. prûotet, únde brénnet. Ánderíu fiur brénnent óuh. síu ne brûotent âber nîeht.] Álliu ding chîcchenta. [álso únseren lîchamen diu sêla chícchet.] Únde sô sî gechrúmbet íro fárt, ketéilta in zûene bógen. [éinen óbe érdo, ánderen únder **) érdo,] sô gât si uuídersínnentíu. ze íro ortu. Únde [náhtes] erstríchet si dîa tóugenûn fárt. [únder dero érdo,] únde ze sámelîchero uuîs. erstríchet si [táges] ten hímel [óbe dero érdo.]. Úmbe gelîchíu díng scûofe du angelos. únde die in hínderôren ménnisken. [Uuáz uuás tíu causa? Táz sie díh íro sképfen bechénnên. únde êreên,] *Uel sic.* Mít kelîchên díngen hábest tu angelos únde homines fûre gezúcchet fûre ánderíu tîer, [íh méino. ratione et intellectu.] Únde síe hóho erhéuende in spûotîgên sínnen. Sézzest tu
149 sie in hímele. únde in érdo. [Angelos | in hímelę. homines in érdo.] Tîe tûost tû uuídersínnen ze dír. án díh keuuánte. mít tînero uuólauuílligi. Tû dáz tûost, kíb si-

*) Es steht zetéilet.

**) Es steht obe.

Euolet, aut mersas deducant pondera terras.
Tu triplicis mediam naturae cuncta mouentem
Connectens animam per consona membra resoluis.
Quae cum secta duos motum glomerauit in orbes,
In semet reditura meat mentemque profundam
Circuit, et simili conuertit imagine caelum.
Tu causis animas paribus uitasque minores
Prouehis, et leuibus sublimes curribus aptans
In caelum terramque seris, quas lege benigna
Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.

nemo mûote. dáz iz bína ûf kestîgen múge. ze dînemo chéiserlichen stûole. [táz iz hímeliskíu díng fernémen múge.] Ketûo sínen sín finden gûotes úrspring. Únde sô er dáz lieht finde. Sô getûo ín fásto háben an dír. clátíu óugen sînes sinnes. Zeirfûore dîa blíndi. únde dîe súndâ des írdisken lichámen. Únde skín ín ána mít tînemo skîmen. Tû bíst tíu héiteri. Tû bíst ti *(sic)* kemáchiú râuua. dien gûotuuílligên. Sô man díh kesíhet. táz íst *) énde. Tû bíst taz ánagénne. tû bíst tér únsih fûoret. [s. ze demo énde.] tû bíst uuégo uuíso. únde sélbêr der uuég. únde daz énde. [ze démo uuír râmeên.]

UERENE SIT SUMMUM ALIQUOD BONUM.

Uuánda dû béidero bílde bescóuuôt hábest. tes únfólleglichen gûotes. íóh tes fólleglîchen. [álso dáz íst forma imperfecti. díu éin gíbet téro fiauo. únde áber díu perfecti. díu siu állíu sáment kíbet.] Pedíu íst nû ze ságenne. uuâr díu fólleglîcha sâlda gestátôt hábe. [uuâr íro stûol sî.] An déro ságo íh tés áhtôn ze êrest ze frágenne. | Vbe dehéin sô getân gûot múge sín ún- 150.
der állên díngen. sô dû dâr fóre geóugtôst. [tô dû châde. Nisi fallor. ea uera est et perfecta felicitas quę sufficientem potentem reuerendum celebrem lętumque perficiat.]

*) tás íst steht zweimal.

Da pater augustam menti conscendere sedem,
Da fontem lustrare boni, da luce reperta
In te conspicuos animi defigerè uisus.
Disiice terrenae nebulas et pondera molis,
Atque tuo splendore mica, tu namque serenum,
Tu requies tranquilla piis; te cernere finis,
Principium, uector, dux, semita, terminus idem.

Quoniam igitur quae sit imperfecti, quae etiam perfecti boni forma uidisti, nunc demonstrandum reor, quonam haec felicitatis perfectio constituta sit. In quo illud primum arbritror inquirendum, an aliquid huiusmodi bonum, quale paullo ante definisti, in rerum natura possit

Nîo ûnsih ne triege lúkkez pílde únseres kedánches. âne dîa uuârhéit tero substantię. [Álso die álten líute dáhtôn án die manes et semideos. únde sie dér gedáng tróug.] Tés ne mág áber nehéin lóugen uuésen. íz ne sî. únde íz ne sî úrspríng álles kûotes. Taz únfólla uuírt ío únfól geheizen. fóne déro uuáni dés föllen. Tánnân íst nôt. úbe uuánez sî. dáz téro sélbûn sláhto óuh fóllez sî. [Táz íst argumentum a parte ad totum.] Tára gágene. úbe daz fólla ne íst. sô ne dárf nîoman des uuánen gedénchen. [Argumentum a toto ad partem.] Uuánda állero díngo natura. ne fieng nîeht ána ze uuánên. únde únfólletânên. Núbe fóne gánzên únde fóllên begínnendíu. sléif si sîd. únz si chám ze dísên ásterostên. únde ze dísen âmáhtigên. [Á deliciis paradisi. íst ter mán chómen. ad erumnas huius seculi. Fóne immortalitate íst er chómen ad mortalitatem. Fóne similitudine dei. íst er
151. uuórten similis iumentis insipientibus.] Vbe | únfóllíu sâlda íst. sô ne íst zuîuel nehéin. núbe óuh fóllíu sî. únde gánzíu. Tû hábest iz chád íh. filo uásto. únde filo uuârháfto geféstenôt. [uuáz mág féstera sîn. álde uuârera. dánne úbe man totum mít parte. álde partem stérche mít toto?]

---

existere, ne nos praeter rei subiectae ueritatem cassa cogitationis imago decipiat. Sed quin existat sitque hoc ueluti quidam omnium fons bonorum, negari nequit. Omne enim quod imperfectum esse dicitur, id inminutione perfecti imperfectum esse perhibetur. Quo fit, ut, si in quolibet genere imperfectum quid esse uideatur, in eo perfectum quoque aliquid esse necesse sit. Et enim perfectione sublata, unde illud, quod imperfectum perhibetur, exstiterit, ne fingi quidem potest. Neque enim a deminutis inconsummatisque natura rerum cepit exordium, sed ab integris absolutisque procedens in haec extrema atque effeta dilabitur. Quod si, uti paullo ante monstrauimus, est quaedam boni fragilis imperfecta felicitas, esse aliquam solidam perfectamque non potest dubitari. Firmissime, inquam, uerissimeque conclusum est.

UBI SIT SUMMUM BONUM.

Uuâr íz sî chád si. dáz chíus tír sús. Táz kót állero díngo hêrro gûot sî. dés íhet mánnoliches sín. Sîd man nîeht pézeren erdénchen ne mág. tánne gót íst. sô íst táz nôte gûot. tés pézera nehéin ne íst. [Taz óberôsta íst nôte hôh. taz méista íst nôte míchel. taz pézesta íst nôte gûot. Táz íst argumentum a maiore ad minus.] Álso stérchet tísiu réda. gót uuésen gûot. táz an ímo sî fólleglîh kûot. [Sîd nehéin sîn bézero ne íst. sô íst er nîeht éin gûot. núbe ióh fólleglîh kûot.] Úbe ér fólleglih kûot neíst. sô neíst er díngo hêrosto nîeht. Uuánda sô íst éin ánderez hêrôra. fólleglîh kûot hábende. dáz gágen ímo daz fórderôra. únde daz uuírdigôra sî. Uuánda míttundes ságeta íh. állíu fólleglichíu. êreren nuésen dien uuánên. *Sumptum.* Fóne díu íst ze iéhenne. nîo díu réda ze láng ne uuérde. ten fúrsten gót. tes fúrsten gûotes. únde dúrnóhtes fól sîn. *Sumptum.* Nû íst táz kechôsôt. táz perfectum bonum uuâriu sâlighéit sî. | *Illatio.* Fóne díu íst nôte in góte 153.
uuâríu sâlighéit. [Ter syllogismus íst sús ketân. Ín góte íst summum bonum. Sô íst ál éin. summum bonum. únde beatitudo. Uuánda dáz sô íst. pedíu íst târ beatitudo. dâr summum bonum íst.] Uuóla fernímo íh iz chád ih. Nóh táz ne mág nîoman uuíderchôsôn.

Quo uero, inquit, habitet, ita considera. Deum rerum omnium principem bonum esse, communis humanorum conceptio probat animorum. Nam cum nihil deo melius excogitari queat, id, quo melius nihil est, bonum esse quis dubitet? ita uero bonum esse deum ratio demonstrat, ut perfectum quoque bonum in eo esse conuincat. Nam ni tale sit, rerum omnium princeps esse non poterit, erit enim eo praestantius aliquid, perfectum possidens bonum, quod hoc prius, atque antiquius esse uideatur, omnia namque perfecta minus integris priora esse claruerunt, quare, ne in infinitum ratio prodeat, confitendum esse summum deum summi perfectique boni esse plenissimum. Sed perfectum bonum ueram esse beatitudinem constituimus, ueram igitur beatitudinem in summo deo sitam esse necesse est. Accipio, inquam, nec est quod contradici ullo modo queat.

[DE PREDICATIUO ET CONDITIONALI SYLLOGISMO.

Duo sumpta máchônt éina illationem hîer. uuánda iz predicatiuus syllogismus íst. álso óuh in conditionali syllogismo propositio únde assumptio conclusionem máchônt. Uuáz sínt sumpta. âne concessa. dáz chît in únsera uuîs keiíhte. Sô man zuéio geiihet. dien benôte daz trítta fólgêt. iôh âne gegíht. táz héizet mit réhte illatio. uuánda iz duobus sumptis. álde übe iz sô geskíhet. tribus sumptis uuírt illatum. táz chît. úndánches míte geuuórfen. Uuáz íst áber propositio. âne prima et ultra tendens temptatio. mít tíu man ze êrest ten mán grûozet. únde sîna gegíht férrolicho besûochet. álso óuh assumptio íst. táz tara zûo uuírt assumptum. ánderêst sîna gegíht ze besûochenne. Uuánda díu zuéi daz trítta uuúrchent. mít tíu der mán sô gefángen uuírdet. táz er dána ne mág. pedíu héizet táz conclusio. dáz chît slôz. Conditionalis syllogismus íst tánnân genómen. uuánda er mít kedíngûn. únde mít íbo chît. íst tíz. únde díz. sô íst táz. Pedíu chît conditionalis. mít kedíngûn gespróchenêr. Aber predicatiuus chît sléhto gespróchenêr. uuánda er bárlîcho âne gedíngûn. únde âne íba chît. sûs íst tíz. únde díz. pedív íst táz sô. Íro béidero membra héizent communiter predicationes. álde proloquia. álde propositiones. álde enuntiationes. Tíu fîer uuórt. múgen uuír gelîcho. únde
153. geméinlî|cho díuten sága. Sîd enuntiatio íst. sô aristotiles chît in periermeniis. oratio uera uel falsa. únde predicatio dáz sélba íst. únde propositio. únde proloquium. uuáz sínt tánne lûgi. únde uuârhéite. âne sága? Áber der syllogismus sól îo háben zuô sága. sólche. dáz sie dia dríttûn stérchên. Táz ne mág ánderes sîn nîeht. die êreren zûo ne sîn éin ánderên sô geháft. táz tiu ánderiu hábe den hálben téil dero êrerûn. éin uuéder subiectiuam. álde declaratiuam. Únde uuánda diu ánderíu áberet. tén hálben téil dero êrerûn. dáz târ ze léibo uuírt úngeábertes. ánderuuéderro. dánne iz predicatiuus íst. táz máchôt tia drít-

tûn. Tér dáz pechénnen uuélle. an ánderên syllogismis tér lírnee iz hîer. Éin sága íst. summum bonum est in deo. Summum bonum. dáz íst subiectiuum. in deo est. táz íst declaratiuum. Ánderíu íst. summum bonum est beatitudo. Târ íst tero êrerûn subiectiua pars keáberet. Tiu drítta íst. beatitudo in deo est. Táz uuárd án dien êrerên ze léibo. uuánda fóne dero éinûn chám beatitudo. fóne dero ánderûn chám in deo est. Sô féret iz in predicatiuo. In conditionali féret iz nâh álso. Chédên uuír. si sol super terram est. dies est. táz íst propositio. Tîa nímet hálba assumptio. sô dáz íst. Dies autem est. Táz nóh tánne ze léibo uuírt. úngeábertes. án dero propositione. táz máchôt tia conclusionem álsus. Igitur sol est super terram. Subiectiuum íst táz án demo proloquio. fóne démo ieht kespróchen uuírdet. dáz áber fóne ímo gespróchen uuírdet. táz ist declaratiuum. Âne dísa legem ne uuírt nehéin syllogismus. Únz sî ín lêrta mít argumentis. únde mít exemplis. sô uuás tiu réda lîehtera. uuánda si ímo nû gében uuíle ualidiora remedia. bedíu hábet si ín nû bestánden zûo dien argumentis mít syllogismis. tîe méist kemúgen. béidíu. ióh in disputando dialectice. ióh in suadendo rhetorice.]

QUOD DEUS SUBSTANTIALITER SIT SUMMUM BONUM | ET BEATITUDO. EO QUOD NULLA EIS INEST DIUERSITAS. 154.

Nû bíto íh tíh chád si. síh uuío gótedéhtîgo. únde uuírdeglîcho dû dáz áhtoêst. táz íh ten tûom gót. tes tûomlichôsten gûotes chád fól uuésen. Uuîo méinest tû chád íh. Nîo dû ne uuânêst. tén állero díngo hêrren. sô ínfángen háben dáz kûot. tés er fól íst. álde óuh sô fóne ímo

---

Sed quaeso, inquit, te, uide quam id sancte atque inuiolabiliter probes, quod boni summi summum deum diximus esse plenissimum. Quonam, inquam, modo? Ne hunc rerum omnium patrem illud summum bonum, quo plenus esse perhibetur, uel extrinsecus accepisse, uel ita naturaliter habere

sélbemo háben. sámo so éin substantia ne sî. des hábenten gótes. únde dero beatitudinis tîa ér hábet. [Téro zuéio íst neuuéder nóh ér ne hábet sîa enfángen. nóh sî ne skéidet sih fóne sînero substantia.] Uuânest tu ín daz sîn summum bonum ánderes uuánnân infángen háben. sô máht tu den gébenten áhtôn fórderôren. dánne dén. dér iz infieng. Uuízîst áber. dáz uuír ín mít réhte iéhen. állero díngo sîn hêrôsten. Nû ne hábet er iz infángen. hábet er iz áber fóne ímo sélbemo. únde íst iz ímo îonêr ána úngelîh. sô chóroe dáz éteuuér irrâten. sîd uuír fóne góte chôsôên díngo hêrosten. uuér síu. [íh méino gót. únde sîn gûot.] zesámine fûogti. sô úngelichíu. Ze demo gnôtesten. dáz ándermo úngelîh íst. táz íst óuh ánder. dánne énez. témo iz úngelîh íst. [Táz ist argumentum a dissimili. Tíu
155. dissimilia sínt. tîu ne múgen éin sîn.] | Fóne díu íst tés not. táz tér gót summum bonum ne sî. dér natûrlicho îeht úngelîh íst. summo bono. Tés únmûoza íst fóne démo góte ze dénchenne. démo nehéin díng fórderôra ne íst. Nehéin natura ne mág pézera sîn. danne íro ánagénne. [Argumentum ab efficientia. Sólih íst nôte daz effectum. sólih tiu efficientia íst. Fóne díu chît man in prouerbio. Qualis radix tales et rami. Uuîo mág óuh tánne summum bonum bézera sîn. tánne gót. tér ís ánagénne íst? Ér íst ís ánagénne. îo dóh sô. dáz ér iz sélbo íst.] Pedíu mág íh áfter uuârero rédo féstenôn. dáz kót tér ánagénne íst

---

presumas, quasi habentis dei habitaeque beatitudinis diuersam cogites esse substantiam. Nam si extrinsecus acceptum putes, praestantius id quod dederit, eo quod acceperit, existimare possis. Sed hunc esse rerum omnium praecellentissimum dignissime confitemur. Quod si natura quidem inest, sed ratione diuersum, cum de rerum principe loquamur deo, fingat qui potest, quis haec diuersa coniunxerit? Postremo quod a qualibet re diuersum est, id non est illud, a quo intelligitur esse diuersum. Quare quod a summo bono diuersum est sui natura, id summum bonum non est: quod nefas est de deo cogitare, quo nihil constat esse praestantius. Omnino enim nullius rei natura suo principio melior poterit exsistere, quare quod omnium principium sit, id

allero bonorum. substantialiter íst summum bonum. Filo réhto chád íh. hábest tû iz keféstenôt. [s. uuánda dîníu argumenta uuâríu sínt.] Sô íst târ fóre gechôsôt chád si. dáz summum bonum íst beatitudo. Sô íst chád ih. Sô íst óuh nôt chád si. gót uuésen nîeht éin summum bonum. núbe óuh beatitudinem. [Táz íst tiu gemácha conclusio.] Tien fórderên rédôn ne mág íh uuídere sîn. chád ih. únde dísa sîderûn sího íh ín nôte fólgên.

ITEM SUBTILIOR RATIO. QUAE DIUERSA SUNT. NON ESSE SUMMA BONA. ET QUAE SUMMA SUNT. NON ESSE DIUERSA.

Nû | chíus tir. úbe óuh fóne dísen rationibus. keuuâ- 156.
ret uuérde. dáz zuéi úngelichíu gûot tiu fúrsten ne múgen sîn. *Sumptum.* Íh hábo dâr fóre geóuget. dáz dissimilia bona ne múgen éin sîn. *Sumptum.* Fóne díu neíst neuuéder fól gûot. sîd neuuéderêr mít ándermo neíst. *Illatio.* Táz únfól íst. táz ne mág nîeht taz fúrsta sîn. [Tér syllogismus íst sús ketân. Úngelichíu bona ne sínt éin. Tíu éin ne sínt. tíu sínt péidíu uuán. Taz uuána ne uuírt nîomêr daz fúrsta. Uuelíu sínt úngelichíu bona? Diuitię únde gloria. Uuîo sínt tíu uuán? Dáz îouuédermo íro ménget tero ánderro fiero. Uuánda dáz sô íst. pedíu ne mág táz nîeht taz fúrsta sîn. démo íeht ménget.] *Item sumptum.* Tíu áber dára gágene diu fúrsten sínt. tíu ne sínt nîeht

---

etiam sui substantia summum esse bonum uerissima ratione concluserim. Rectissime, inquam. Sed summum bonum beatitudinem esse concessum est. Ita est, inquam. Igitur, inquit, deum esse ipsam beatitudinem necesse est confiteri. Nec propositis, inquam, prioribus refragari queo, et ab illis hoc illatum consequens esse perspicio. Respice, inquit, an hinc quoque idem firmius approbetur, quod duo summa bona, quae a se diuersa sunt, esse non possunt. Etenim quae discrepant bona, non esse alterum, quod sit alterum, liquet: quare neutrum poterit esse perfectum, cum alterutri alterum deest. Sed quod perfectum non sit, id summum non esse manifestum est; nullo modo igitur

úngelîh. *Sumptum*. Nû hábo íh târ fóre geóuget. deum únde beatitudinem diu fúrsten sîn. *Illatio*. Fóne dín íst nôt. táz diuinitas tíu állero díngo fúrsta íst. tíu fúrsta sâlighéit sî. [Sús íst óuh tisêr syllogismus ketân. Tiu fúrsten gûot ne sínt úngelîh. kót únde sâlighéit. tíu sínt tiu fúrsten. Uuánda déro îouuéderez íst. táz óuh taz ánder íst íh méino. uuánda íro îouuéder summum bonum íst. pedíu sínt siu éin.] Nû chád. ne mág níeht táz uuârerá sî. nóh táz rédoháftera sî. nóh táz kóte geríst lîchera sî. geféstenôt uuérden.

EXHIBITIO MUNERIS PRO BENE PERCEPTIS RATIONIBUS.

157. Sô íh íro sô geántuuúrta. dô chád si. | Geometrę hábent ze síte. nâh kezéigôtên frâgôn. éteuuáz úngefrâgetes íro iúngerôn zûo gében. dia zûogéba sie questum héizent. álso gibo íh tír ze gesûoche. dáz íh tír nû úngefrâgêt ságo. sámo so íh tír gébe corollarium. Uuánda fóne sâldôn gúunne sâlîge uuérdent. únde gót sâlighéit íst. tér gót kuuínnet. tér íst sâlîg. [Argumentum ab efficientia. kót únde sâlighéit uuánda siu éin sínt. pedíu máchônt siu sâlige. Táz sô getâna argumentum hábet zuíska causam sînes effecti. in modum syllogismi. uuánda iz chît. úbe dáz únde dáz íst. sô íst táz.] Nû áber. Álso fóne réhtes kuuínne réhte. únde

---

quae summa sunt bona, ea possunt esse diuersa. Atqui et beatitudinem, et deum, summum bonum esse collegimus, quare ipsam necesse est summam esse beatitudinem, quae sit summa diuinitas. Nihil, inquam, nec re ipsa uerius, nec ratiocinatione firmius, nec deo dignius concludi potest. Super haec, inquit, igitur, ueluti geometrae solent, demonstratis propositis, aliquid inferre, quae porismata ipsi uocant, ita ego quoque tibi ueluti corollarium dabo. Nam quoniam beatitudinis adeptione fiunt homines beati, beatitudo uero est ipsa diuinitas, diuinitatis adeptione fieri beatos manifestum est. Sed uti iustitiae adeptione iusti, sapien-

únde fóne uuístûomes quínne uuíse. só (sic) uuérdent óuh nôte góta. ze sámolîchera uuís fóne gótes kuuínne. [Argumentum a simili. Álso éníu adeptio tûot. sô tûot óuh tísíu. Táz íst similitudo.] Uuánda dáz sô íst. pedíu íst ter sâligo gót. [Uuánda gót únde sâlighéit éin sínt. pedíu máchônt síu óuh éin. Táz íst ío nóh argumentum ab efficientia. hoc est a causa.] Aber [dén únderskéit ferním du uuóla.] éin gót íst échert natûrlichêr. knûoge múgen uuérden per gratiam. án ímo téil hábendo. [Mít tíu hábet si ímo gegébôt.] Nû íst iz óuh filo scône chád íh. sô du iz porisma héizêst. sô du iz corollarium héizêst. [Keméine sígeêra uuâren. állero uictorum palmę in manibus. únde laureę coronę in capite. Tîe áber éteuuaz filo tûomlîches ketâten in bello. álde óuh in ludis. únde in spectaculis. dîen gáb man éina tíura hóubet zíerda. díu fóne similitudine corollę i. coronę. corolla|rium hîez. Fónę díu ságet suetonius. 158. fóne déro mílti cęsaris augusti. his uerbis. itaque corollaria et premia in alienis quoque muneribus. ac ludis. et crebra et grandia de suo offerebat nullique greco certamini interfuit quo non pro merito quemque certantium honorarit.]

QUAE ACCEDUNT BEATUDINI. AN PARTES EIUS DICENDA SINT. AN AD UNUM EX EIS RELATA.

Nóh nîeht chád si ne íst scôneren. dánne dáz únsih ratio lêret hára zûolégen. Uuáz íst táz chád ih? Dánne mánigíu beatitudo begrîfet. sô bonum íst. únde quinque supera dicta. uuéder díu sîn téil dero beatitudinis. álso mís-

---

sapientiae sapientes fiunt, ita diuinitatem adeptos deos fieri simili ratione necesse est. Omnis igitur beatus, deus; sed natura quidem unus, participatione uero nihil prohibet esse quam plurimos. Et pulcrum, inquam, hoc atque pretiosum, siue porisma siue corollarium uocari mauis. Atqui hoc quoque pulcrius nihil est, quod his annectendum esse ratio persuadet. Quid, inquam? Cum multa, inquit, beatitudo continere uideatur, utrumne haec omnia in unum ueluti corpus beatitudinis quadam partium uarietate con-

selîche lîde sínt tes lîchamen. álde íro éinez sî beatitudo. únde ánderíu zé démo séhên. [Táz hábet sî gnôto fóre geságet. táz summum bonum beatitudo íst. nû uuíle sî ságen. dáz ze demo summo diu ánderíu fínuiu râment.] Míh lústi chád ih. dáz tu mír dáz óffenotîst. sélbez taz tíng ságendo.

BEATITUDINEM PARTES NON HABERE.

Ne súlen uuír chád si. sâlighéit kûot áhtôn? Ióh taz fúrsta chád ih. Taz summum mûost tu légen chád si. ze állên fínuen. Also beatitudo summum bonum íst. sô íst si óuh summa sufficientia. únde summa potentia. sî íst óuh summa reuerentia. únde claritas. únde uoluptas. Uuáz túnchet tír? Sínt tísíu állíu. íh méino bonum. únde sufficien-
159. tia. únde potentia. únde diu ánderíu. sámo so lîde | dero beatitudinis? Álde râment siu állíu ad bonum. sámo so dáz íro hóubet sî? Íh fernímo uuóla chád íh. uuáz tu mír gébêst ze irrâtenne. uuío áber dû iz récchêst. tés lústet míh ze hôrenne. Nû ferním chád si. íh lêro díh iz skéiden. [íh lêro díh uuío siu râment ad bonum. únde dáz sélba bonum nîeht ne uuúrchent sámo so partes. Sús sólt tu argumentando nâh stápfôn.] Úbe bonum únde diu ánderen fínuíu. lîde uuârîn dero beatitudinis. sô uuârîn siu éin ánderên úngelîh. [Táz íst argumentum ab adiunctis. Membris íst îo dissimilitudo adiuncta.] Sólih íst îo dero partium na-

---

iungant, an sit eorum aliquid, quod beatitudinis substantiam compleat, ad hoc uero cetera referantur? Uellem, inquam, id ipsarum rerum commemoratione patefaceres. Nonne, inquit, beatitudinem bonum esse censemus? Ac summum quidem, inquam. Addas, inquit, hoc omnibus licet. Nam eadem sufficientia summa est, eadem summa potentia, reuerentia quoque, claritas, et uoluptas beatitudo esse iudicatur. Quid igitur? Haeccine omnia bona, sufficientia, potentia ceteraque ueluti quaedam beatitudinis membra sunt, an ad bonum ueluti ad uerticem cuncta referuntur? Intelligo, inquam, quid inuestigandum proponas, sed, quid constituas, audire desidero. Huius rei discretionem sic accipe. Si haec omnia beatitudinis membra forent, a se quoque inuicem discreparent. Haec est enim partium na-

tura dáz siu úngelichíu éin corpus máchoên. Nû sínt tísíu geóuget éin uuésen. Pedíu ne sínt siu membra. [Uuánda siu unum sínt. pedíu ne sínt siu diuersa. Táz íst argumentum a repugnantibus. Repugnat enim unum esse atque diuersum. Uuánda siu óuh diuersa ne sínt. pedíu ne sínt siu membra. Táz íst álso íh nû chád. ab adiunctis.] Ánderes uuîo sól beátitudo sîn geuuórht. ûzer éinemo líde. dés nîeht sîn gemág. [Ûzer éinemo ne mág nehéin compositio uuérden. Táz íst áber argumentum a repugnantibus. Repugnat enim simplex esse et compositum.] Tés íst nehéin zuîuel chád íh. Tára nâh pîto íh. tés nóh fóre íst.

AD UNUM REFERRI QUAE BEATITUDINIS SUNT.

Tiu ánderíu fínuíu. [díu éin sáment bono sínt.] díu uuérdent keuuérbet án bonum. [uuánda man chómen uuíle mít ín ad bonum.] Târ úmbe gérôt man gnúhte. uuánda si gûot geáhtôt uuírdet. | Fóne díu íst óuh lîeb potentia. 160.
uuánda si gûot mánne dúnchet. Táz sélba mág íh ságen fóne dien ánderên drín. Fóne díu íst îo gûot. álles tés man gérôt. hóubet. únde méinunga. Táz áber gûot neíst. nóh kelîh temo gûoten. dés ne gérôt nîoman. Únde dára gágene. díu sâr gûot ne sínt. échert siu démo gelîh sîn. ióh túrh táz kérôt man íro. sámo so siu gûot sîn. Fóne díu sól man gelóuben. dáz îo diu gûoti sî. der ímmerôsto ángo. únde

---

tura, ut unum corpus diuersa componant. Atqui haec omnia idem esse monstrata sunt; minime igitur membra sunt, alioquin ex uno membro beatitudo uidebitur esse coniuncta, quod fieri nequit. Id quidem, inquam, dubium non est, sed id, quod restat, exspecto. Ad bonum uero cetera referri palam est. Iccirco enim sufficientia petitur, quoniam bonum esse iudicatur; iccirco potentia, quoniam id quoque esse creditur bonum. Idem de reuerentia, claritudine, iucunditate, coniectare licet. Omnium igitur expetendorum summa atque causa bonum est. Quod enim neque re, neque similitudine ullum in se retinet bonum, id expeti nullo modo potest. Contraque etiam, quae natura bona non sunt, tamen si esse uideantur, quasi uera bona sint, appetuntur. Quo fit uti summa, cardo, atque

diu érchenôsta scúndeda álles kérônnes. Târ úmbe dingoliches kegérôt uuírt. tés fârêt man dar ána in hóubet. Álso der ne fârêt tér úmbe gesúndeda rîtet. unío er sih rîtendo eruuékke. núbe dáz er gesúndero uuérde. Fóne díu skînet. so uués so íoman gérôt úmbe gûot. táz er sîn ne gérôt. núbe gûotes. *Item*. Áber gûot. úmbe dáz tíngolîches uuárt kegérôt. táz chád íh uuésen beatitudinem. Fóne díu uuírt ióh ze déro uuîs. [íh méino ëin gûot fórderôndo.] éiníu beatitudo gefórderôt. Tánnân skînet óffeno éin díng uuésen. gûot únde sâlighéit. Târ ne uuéiz íh nîoht. tés íoman múge uuíderchósôn chád íh. *Item*. Nû hábo íh chád si geóuget. kót únde sâlighéit éin uuésen. Táz íst álso
161. chád íh.] Fóne díu chád si. mág íh páldo féstenôn. gótes sélbes substantiam. án demo gûote stân.

INUITATIO AD BEATITUDINEM.

Hára zûo sínnent asáment*) álle nôthâfte. Íuuíh tir bíndent úbele gelúste. díe íuuêr mûot pesízzent. mít stárchên chéten-

*) Lies sament oder alsament.

causa expetendorum omnium, bonitas esse iure creditur. Cuius uero causa quid expetitur, id maxime uidetur optari. Ueluti si salutis causa quispiam uelit equitare, non tam equitandi motum desiderat, quam salutis effectum. Cum igitur omnia boni gratia petantur, non illa potius, quam bonum ipsum desideratur ab omnibus. Sed propter quod cetera optantur, beatitudinem esse concessimus: quare sic quoque sola quaeritur beatitudo. Ex quo liquido apparet ipsius boni et beatitudinis unam atque eandem esse substantiam. Nihil uideo, cur dissentire quispiam possit. Sed deum ueramque beatitudinem unum atque idem esse monstrauimus. Ita, inquam. Secure igitur concludere licet, dei quoque in ipso bono, nec usquam alio, sitam esse substantiam.

Huc omnes pariter uenite capti,
Quos fallax ligat improbis catenis,
Terrenas hebetans libido mentes.

nôn. Hier findent ir râuua. tîsiu stédi íst so stílle. Táz íst échert taz scúldîga asilum. táz tien uuênegên so indân stât. [Tíz ist kuíssera tánne dáz ze athenis máchotôn nepotes herculis. tîe íro lîbes fórhtôn úmbe sîne scúlde. Álde dáz romulus ze romo máchota. fréidên ze gníste.] So uuáz tagus kíbet [flúuius hispanię] an sînemo góltcrîeze. únde hermus [fluuius minoris asię] an sînemo góltfáreuuen stáde. álde indus. tíu állero náhesta (sic) íst orienti soli. mískelôndíu grûone gímmâ [sô smaragdus íst]. zûo dien uuízên [sô uniones sínt]. tíu ne indûont mánne nîeht tíu óugen sînes sínnes. Núbe mêr stôzent siu blíndíu mûot in íro chúndûn fínstri. So uuáz tés mánne lîehet. álde sîn mûot crûozet. táz prûotet tiu érda in íro bárme. áber dér skîmo gótes uuístûomes. tér den hímel ríhtet. únde féstenôt. tér skíhet tîa tímberûn fínstri des mûotes. So uuér dáz lîeht chîesen gestât. tér ne gíhet. táz tiu súnna cláte skímen hábe.

UNUM ATQUE BONUM. IDEM ESSE.

Íh ího is chád íh. Állíu dîníu gechôse. sínt kuís. únde gestérchet | mít féstên redôn. [Mít argumentis. únde mít syllogismis sínt siu geféstenôt.] Jâ chád si dô. uuío tíure dúnchet 162.

Hic erit uobis requies laborum,
Hic portus placida manens quiete,
Hoc patens unum miseris asilum.
Non quidquid tagus aureis arenis
Donat, aut hermus rutilante ripa,
Aut indus calido propinquus orbi,
Candidis miscens uirides lapillos,
Illustrant aciem magisque caecos
In suas condunt animos tenebras.
Hoc quidquid placet excitatque mentes,
Infimis tellus aluit cauernis.
Splendor, quo regitur uigetque caelum,
Uitat obscuras animae ruinas.
Hanc quisquis poterit notare lucem,
Candidos phoebi radios negabit.

Assentior, inquam; cuncta enim firmissimis nexa rationibus constant. Tum illa, quanti, inquit, aestimabis, si

tír. úbe dû bedénchest uuáz sélbez taz kûot sí? Unmez tíure chád ih. Úbe íh óuh târ míte ʼmûoz pechénnen gót. tér gûot íst. Tríuuo chád si. íh keóffenôn dir iz mít filo uuârero rédo. Échert tíu sîn in dînero gehúhte. díu fóre geféstenôt sínt. Táz sínt síu chád ih. Ne hábo íh tír argumentando geóuget chád si. díu gûot. téro mánege gérônt? fóne díu ne uuésen uuâríu. nóh túrnehtíu. uuánda siu geskéiden sínt? Ûnde sô éin ándermo gebréste. dáz iz tánne dúrh síh ne múge gében fól gûot. nóh áneuuálg? Únde áber dánne uuérden uuâre gûot. sô siu síh kesámenoên. sámo so ze éinemo bílde. únde ze éinero uuúrchedo. únde dáz éin dero fínuo sî. ánderíu dáz sélba sîn. [Úbe fínf summa bona uuârîn. sô uuârîn óuh fínf beatitudines. sô uuârin óuh tero uuúrchedôn fínue. uuánda íogelichíu dúrh síh beatum uuórhti.] Únde ne hábo íh tír dáz keóuget na. síu ne sín éin. dáz siu níeht tés ne hábent tés ze géronne sî. uuánda éin âne diu ánderíu níeht ne gemág? Keóuget chád ih. Nóh zuîuel nehéinêr ne íst is. *Sumptum*. Tíu míssehéllendo chád si gûot ne sínt. únde, áber geéinotíu gûot uuérdent. ne sínt tíu dánne. uuánda dara éin zûo chám. gûot uuórten na?

---

bonum ipsum quid sit agnoueris? Infiniti, inquam: siquidem mihi pariter deum quoque, qui bonum est, continget agnoscere. Atqui hoc uerissima, inquit, ratione patefaciam, maneant modo quae paullo ante conclusa sunt. Manebunt, inquam. Nonne, inquit, monstrauimus ea, quae appetuntur a pluribus, iccirco uera perfectaque bona non esse, quoniam a se inuicem discreparent, cumque alteri abesset alterum, plenum absolutumque bonum afferre non posse? Tum autem uerum bonum fieri, cum in unam ueluti formam atque efficientiam colliguntur, ut quae sufficientia est, eadem sit potentia, reuerentia, claritas atque iucunditas. Nisi uero unum atque idem omnia sint, nihil habere, quo inter expetenda numerentur. Demonstratum est, inquam, nec dubitari ullo modo potest. Quae igitur, cum discrepant, minime bona sunt, cum uero unum esse coeperint, bona fiunt; nonne haec ut bona sint unitatis fieri adeptione contingit?

Táz túnchèt mír. chád ih. *Sumptum.* | Unde, ál daz kûot íst 163.
chád si. sô díu úngeéinotíu fíruíu sínt. gíhest tu dáz kûot
sin. fóne gûotes míteuuíste. sô unum íst. álde ne gíhest?
Sô íst kûot chád ih. *Illatio.* Fóne sámolîchero rédo gíhest
tu nôte chád si. éin únde gûot úngeskéiden sín. [Uuile du
zuéio iéhen. sô gíhest tu nôte des trítten. Ter syllogismus íst
sús ketân. Vngûot uuírt fóne éinemo gùot. Sô íst tánne gûot
fóne gûotemo uuórten. íh méino fóne éinemo. Pedíu íst éin
únde gùot úngeskéiden.] Téro substantia íst nôte úngeskéiden.
déro tât úngeskéiden íst. [Bonitas máchôt bonum. participatione
sui. sô tûot óuh unum. Pedíu hábent siu éina tât.]
Tés ne mág íh nío gelóugenen. chád íh.

UNUM OMNIBUS REBUS SUBSISTENTIAM DARE.

Ne uuéist tu chád si. állero díngolîh sô lángo uuéren.
únde bestân. únz íz éin íst. Únde zegân íoh zeuáren. sô
iz éin ne íst. Álso du chîesen máht chád si. an állên lébendên.
Sô sêla únde lîchamo zesámine chóment. únde
sáment uuónênt. táz héizet animal. Sô dísiu éinunga fóne
béidero skídungo zegât. sô sól animal nôte zegân. únde
fúrder ne uuésen. Jóh sélbêr únsêr lîchamo. únz er in
sînero lído fûogi behábet sîna geskáft. sô íst er ménnisken
gelîh. Úbe áber die líde geskéidene. únde zelégete démo

Ita, inquam, uidetur. Sed omne quod bonum est, boni participatione bonum esse concedis, an minime? Ita est. Oportet igitur idem esse unum atque bonum simili ratione concedas. Eadem namque substantia est eorum, quorum naturaliter non est diuersus effectus. Negare, inquam, nequeo. Nostine igitur, inquit, omne, quod est, tam diu manere atque subsistere, quam diu sit unum, sed interire atque dissolui pariter, atque unum esse destiterit? Quonam modo? Ut in animalibus, inquit, cum in unum coeunt ac permanent anima corpusque, id animal uocatur. Cum uero haec unitas utriusque separatione dissoluitur, interire nec iam esse animal liquet. Ipsum quoque corpus, cum in una forma, membrorum coniunctione, permanet, humana uisitur species. At si distributae segregataeque partes corporis distraxerint uni-

lichamen dáz penément. táz er éin ne múoz sín, sô zegât táz er uuás. Únde uuárte ze állên díngen ánderên. sô si. hest tu díngolih pestân. únz iz éin íst. Únde áber zegân, 164. sô iz éin ne íst. | So uuâr íh is uuartên. chád ih. tár findo íh iz sô.

QUESTIO PHILOSOPHIAE. AN AD INTERITUM ALI. QUID TENDAT.

Íst nû leht chád si. dáz tero naturo fólgendo. sih kérno gelóube des uuésennes. únde iz uuélle zegân. únde eruuérden.

RESPONSIO BOETII. NON ANIMALIA TENDERE DE RELIQUIS SE DUBITARE

Übe íh tíu lébendo *(sic)* chíuso chád íh. tíu natûrlicho múgen uuéllen. únde ne uuéllen. déro nehéin ne findo ih táz âne ûzuuértiga nôt uuésennes ne lúste. únde iz tánches péite ze uerlórnissedo. [Ûzuuertîg nôt íst. tía ételih keskiht erréchet. álso súhte sínt. únde uulnera. únde persecutiones. únde calamitates. Fóne dîen uuírt ófto der ménnisko sô úberuuúnden. ófto dáz ímo der lîb léid íst.] Ál dáz tir lébet. táz îlet io hálten sîne gesúndeda. únde flîhet io den tôd. únde dia ferlórnísseda. Uués áber íh súle iéhen fóne bóumen. unde fóne chríuteren. tíu fóne sáffe lébent. únde fóne únlébenden. sô lapides únde metalla sínt. tés zuîuelôn ih.

---

tatem, desinit esse quod fuerat. Eoque modo percurrenti cetera procul dubio patebit subsistere unumquodque, dum unum est; cum uero unum esse desinit, interire. Consideranti, inquam, mihi plura minime aliud uidetur. Estne igitur, inquit, quod in quantum naturaliter agat, relicta sustinendi appetentia uenire ad interitum corruptionemque desideret? Si animalia, inquam, considerem, quae habent aliquam uolendi nolendique naturam, nihil inuenio, quod, nullis extra cogentibus, abiiciant manendi intentionem et ad interitum sponte festinent. Omne namque animal tueri salutem laborat, mortem uero perniciemque deuitat. Sed quid de herbis arboribusque, quid de inanimatis omnino consentiam rebus, prorsus dubito.

ITEM IPSA. NEC ARBORES TENDERE NEC HERBAS.

Tríuuo chád si. nóh tés ne dárft tu zuîuelon. sîd tu
sibest críutelih. unde bóumolîh an déro stéte uuáhsen. díu
ímo límfet. íh méino. dâr iz nîeht káhes erdórrên ne mág.
nóh zegân. sô fílo iz tiu natura lâzet. Uuánda íro súmelîh
uuáhset in félde. súm in bérge. súm uuáhset in fénne. súm
chlébet ân dien stéinen. súm | stât an grîeze. Tîe sâr dánne 165.
dórrênt. ûbe sie îoman fúrder sézzet. Fóne díu gibet tiu
natura îogelichemo. dîa stát. tíu ímo gelímfet. únde hûotet.
táz iz îo uuéree. únz iz lángôst múge.

DE NUTRIMENTIS EARUM.

Uuáz chîst tu dés. [ziu ne chíusest tu dâr bî. uuío gérno sie sínt] táz sie sámo so den snábel stôzent ín dia érda. únde sûgent taz sóu. mít tien uuúrzellôn. únde sie dánnân sô ûf íro stárchi áfter demo márge. únde áfter dero ríndûn. zetéilônt? Unde uuáz óuh tés. táz sie daz uuélchesta sô daz márg íst. zeínnerôst pérgent, mít tero ûzerûn hólzes fésti. únde diu rínda ze ûzerôst. sámo so árbeito genîetotíu. gágen állên uuéteren ze skérme stât. Uuánda ne síhest tu. uuío geuuár. óuh tés tiu natura íst. táz állíu

---

Atqui non est, quod de hoc possis ambigere, cum herbas atque arbores intuearis, primum sibi conuenientibus innasci locis, ubi, quantum earum natura queat, cito exarescere atque interire non possunt. Nam aliae quidem campis, aliae montibus oriuntur, alias ferunt paludes, aliae saxis haerent, aliarum fecundae sunt steriles arenae, quas si in alia quispiam loca transferre conetur, arescant. Sed dat cuique natura quod conuenit, et, ne, dum manere possunt, intereant, elaborat.

Quid dicam, quod omnes, ueluti in terras ore demerso, trahunt alimenta radicibus ac per medullas robur corticemque diffundunt? Quid, quod mollissimum quodque, sicuti medulla est, interiore semper sede reconditur, extra uero quadam ligni firmitate regitur; ultimus autem cortex aduersum caeli intemperiem quasi mali patiens defensor opponitur? Iam uero quanta est naturae diligentia, ut

uuáhsentíu. mít tes sámen mánegfalti uuîto gefláнzôt uuérden. Uuér ne bechénnet táz állez uuésen. sámo sô zímber. únde geziug. álliv uuáhsentíu. nîeht éin uuérig ze getûonne. núbe ióh áfter gebúrte zálôn îomêr ze gestâtenne.

ITEM NEC INANIMATA TENDERE AD INTERITUM.

Tíu óuh únlîbháftíu sínt. ne fórderônt tíu daz íro díng so sámo na? Uuáz méinet ánderes. táz tiu lîehti daz fíur ûfzíhet. únde diu suâri dia érda nídersénchet. âne dáz ín béidên dîe stéte gefállent. únde die férte? [Éinemo níder.
166. ándermo ûf] | Állero díngolîh háltet îo dáz ímo geuállet. Also iz óuh tára gágene dísiu dôsent (sic). tíu imo uuíderuuártîg sínt. Tíu óuh hérte sínt. álso stéina. díu háftênt fásto ze sámine. únde ne héngent nîeht. táz man siu sámfto zebréche. Tíu áber náziu sínt. sô lúft únde uuázer íst. tíu skéident síh sámfto. únde lóufent áber spûotîgo. zesámine. Táz fíur ne skéidet síh nîeht. [Táz íst fóne díu. uuánda iz ne hábet nehéina dícchi. dáz iz corpus sî. nóh ne íst túrh síh nîeht. sô lúft únde uuázer íst. táz iz ín gelîcho múge geskéiden uuérden. Án dien corporibus íst iz sámo so fróst. únde ánderíu accidentia. Díu córpora án dîen iz

---

cuncta semine multiplicato propagentur, quae omnia non modo ad tempus manendi, uerum generatim quoque quasi in perpetuum permanendi, ueluti quasdam machinas esse quis nesciat?

Ea etiam quae inanimata esse creduntur, nonne quod suum est quaeque simili ratione desiderant? Cur enim flammas quidem sursum leuitas uehit, terras uero deorsum pondus deprimit, nisi quod haec singulis loca motionesque conueniunt? Porro autem, quod cuique consentaneum est, id unumquodque conseruat, sicuti ea, quae sunt inimica, corrumpunt. Iam uero quae dura sunt, ut lapides, adhaerent tenacissime partibus suis et, ne facile dissoluantur, resistunt. Quae uero liquentia, ut aër atque aqua, facile quidem diuidentibus cedunt, sed cito in ea rursus, a quibus sunt abscissa, relabuntur. Ignis uero omnem refugit sectionem.

íst. tíu skéident síh. Sô íst óuh uox. tíu sáment chúmet ze mánigên ôrôn. síu íst úngeskéiden. dóh tero gehôrentôn ôren geskéiden sîn. únde íst si óuh corporalis. sô priscianus chît. quia uox est aer ictus.]

QUID SIT INTER NATURALEM MOTUM ET UOLUNTARIUM.

Únde ferním uuóla. dáz íh tír nû nîeht ne óugo: [uuîo gérno uuíhtelîh sî.] fóne dîen uuílligên uuárbôn dero sínnigûn sêlo. núbe íh óugo dir iz fóne dero natûrlichûn râmungo. [Natura hábet íro ríhti. dáz sia nehéin uuíllo ne léitet.] Álso dâr skînet. táz uuír dia lîbleita déuuên. dóh uuír dára ne dénchên. únde uuír slâfendo âtemoên. únuuízendo. [Pedíu hábet tiu natura íro uuárba. âne den uuíllen.] Nóh sâr án dien lébendên. dáz siu gérno sínt. táz ne hábent siu nîeht fóne dero sêlo uuíllen. núbe fóne dero natura. nám iz ánagenné. Táz skînet târ ána. uuánda der mán ófto dúrh ételicha nôt. ten dôd uuíle. dén diu natura skíhet *(sic)*. Vnde dára gágene. | Diu hîtat. téro diu na- 167.
tura gérôt. tánnân dero stírbigôn díngo lánguuérigi dóh chúmet. tíu uuírt ófto fóne uuíllen ferduuénget. [Ten dôd fúrhtet tiu natura. únde gerôt sîn der uuíllo. tia hîtât mínnôt tiu natura. únde uuéigerôt ter uuíllo. fóne díu chît sî. contra illud.] Álso guís so ne chúmet nîeht tiu lîb mínna. fóne dero sêlo uuíllen. núbe fóne dero natûrlichûn ríhti.

Neque nunc nos de uoluntariis animae cognoscentis moribus, sed de naturali intentione tractamus. Sicuti est, quod acceptas escas sine cogitatione transigimus, quod in somno spiritum ducimus nescientes. Nam ne in animalibus quidem manendi amor ex animae uoluntatibus, uerum ex naturae principiis uenit. Nam saepe mortem cogentibus causis, quam natura reformidat, uoluntas amplectitur; contraque illud, quo solo mortalium rerum durat diuturnitas, gignendi opus, quod natura semper appetit, interdum coërcet uoluntas. Adeo haec sui caritas non ex animali motione, sed ex naturali intentione procedit.

Kótes peuuárunga. gáb táz íro geskáffenên. ze hóubethâfti uuérennes. táz sie so lúste ze uuérenne. únz sie lángôst múgîn. Pedíu ne dárft tu nîeht zuîuelôn. ál dáz tir íst natûrlicho sûochen dîa státigi des uuérennes. únde skíhen dia ferlórni. Íh gího chád íh. táz íh kuíslicho nû bechénno. dáz mír fóre uuás únguís. Únde dáz so uuésen. únde uuérên uuíle chád si. táz kérôt éin uuésen. Témo infárnemo, ne uuírt taz uuésen ze léibo nîeht. Táz íst uuâr chád ih. *Sumptum.* Pedíu chád si. uuéllen siu állíu éin. Tés hábo íh keiégen chád ih. *Sumptum.* Nû hábo íh tír óuh keóuget chád si. éin únde gûot ál gelîcho gân. Sô hábest chád ih. *Illatio.* Pedíu chád si fórderônt siu állíu gûot. [Tér syllogismus íst óuh târ fóre.]

DIFFINITIO BONI.

Nû máht tv gûote gében chád si. súslih nôtméz. Táz íst kûot tés állíu díng kérônt.

[QUID SIT DIFFINITIO.

Híer íst ze uuízenne. dáz diffinitio óuh éigen instrumentum íst philosophorum. ad disputandum. sámo so argumentum íst. únde syllogismus. Mît tîen dríu dûohta ín. dáz uuír állero díngoliches sîn ze irríhtenne.
168. únde daz ander | ál únguís sî. âne dáz úns argumen-

Dedit enim prouidentia creatis a se rebus hanc uel maximam manendi causam, ut, quoad possunt, naturaliter manere desiderent: quare nihil est, quod ullo modo queas dubitare, cuncta, quae sunt, appetere naturaliter constantiam permanendi, deuitare perniciem. Confiteor, inquam, nunc me indubitato cernere, quae dudum incerta uidebantur. Quod autem, inquit, subsistere ac permanere appetit, id unum esse desiderat, hoc enim sublato, ne esse quidem cuiquam permanebit. Uerum est, inquam. Omnia igitur, inquit, unum desiderant. Consensi. Sed unum id ipsum monstrauimus esse, quod bonum est. Ita quidem. Cuncta igitur bonum petunt; quod quidem ita describas licet, ipsum bonum esse, quod desideretur ab omnibus.

